

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**L. Annaei Senecae Tragoediae**

**Seneca, Lucius Annaeus <Philosophus>**

**Amstelodami, 1662**

Actus primus

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.  
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-770](#)

L. ANNÆI SENECAE

\* T R O A D E S.

D R A M A T I S P E R S O N Æ.

HECUBA. CHORUS TROADUM. TALTHONBIUS.  
AGAMEMNON. CALCHAS. HELENA. PYR-  
RHUS. ANDROMACHA. SENEX. ULYS-  
SES. ASTYANAX. NUNCIUS.

POLYXENA, Muta Persona.

A R G U M E N T U M.

Graci, excisam Ilio, redditum in patriam cogitantes contrario vento detinebantur. Apparen noctu Achillis umbra sol vere eos posse negat, nisi sibi debitum inferru mactata Polyxena, cuius nuptiarum pretextu interficiuntur. Non fert Agamemnon sibi amatam Polyxenam mactari. Quia de re ortu cum Pyrrho iurgo, intervenit consultus Calchus, qui omnino immolandam pronunciat, unaque ne-  
candum Astyanax, quem a mare ab conditum abducit Ulysses & de Scæa patera deficit. Polyxenam ab Helena auspice, ritu cultaque sponsa deductam ad patru tumulum Pyrrhus mactat.

A C T U S P R I M U S.

H E C U B A.

Luget Hecuba patrie, domus, suam ipsius calamitatem.

**Q**uicumque regno fudit, & magna potens  
Dominatur aula, nec leves metuit deos,

\* T R O A D E S.] Invictis argu-  
mentis demonstrarunt summi  
viri, Troadas, non Troada, hanc fabu-  
lam ab auctore inscriptam suffisse. Quibus hoc addimus, in optimo Flo-  
rentino codice nunquam alter appellari. *Grorovius.* T R O A S] Falso  
Troada vocant hanc fabulam, quium  
Poëta *Troadas* inscriperit, exemplo  
Euripiatis. Et Chorus est Troadum.  
*Scalig.* Valerius Probus bis Seneca  
Hecubam laudat, cum ex ista versus  
adducit. Rectius qui *Troadas* inscri-  
bit, Certe princeps eruditonis Ati-  
storeles, quo nemo melius hac intel-  
lexit, cum parvam Iliada in portiones  
Tragicas partitur, cum qua Ilii expu-

gationem, sive τροάδης πόλε-  
σι, sequitur, Τροαδης vocat: for-  
te Euripiēm fecit. Hecuba ejusdem  
vix communie quicquam habet,  
nisi quod ejusdem προτροπέων sit.  
Troica enim ambæ sunt, tam Hecuba  
quam Troadas. Non autem Graciam  
ullo modo, sive dispositionem spe-  
ctes, sive μυθού, sive gravitatem &  
augustum pondus sententiarum, cum  
ista conferre. Etiam in Choris nostis  
vincit, quos ex paucis Græci verbis, &  
qua sparsim leguntur, fecit alios &  
plane divinos. *Heinsius.*

Verf. 2. Nec leves metuit deos.] Non  
sunt leves dii Seneca idem, qui Luve-  
nali faciles: nec leves quod aut muta-

Animumque rebus credulum lœtis dedit;  
Me videat, & te, Troia. non unquam tulit  
Documenta Fors majora, quam fragili loco  
Starent superbi. columnen eversum occidit  
Pollentis Asiae, cœlitum egregius labor.  
Ad cujus arma venit, & qui frigidum  
Septena Tanain ora pandentem bibit;  
Et qui renatum primus excipiens diem

5

10

Tepi-

rent fatum aut mutare viderentur; nec  
denique qui ultra mortem nocere non  
possent. Claudianus lib. 2. in Ruf. De-  
signat elatis quisquam confidere rebus,  
Instabileisque deos & lubrica numina  
discat. *Dii*, fortuna. *Dii* leves fortu-  
na inconfusa & mutabilis. Agamem-  
nonte: *perrumper omne Servitium*  
*contemptor levium deorum.* Vnde Epicureum Senecam facit Scaliger. At  
hoc nomen *levis*, non potest tribui  
Deo de sententia Epicuri. Qui tran-  
quillus, quietus, sepositus, se contenus,  
nulli negotio miscetur, cur dicatur  
*levis?* Sic autem ille statuebat, *quod*  
*aternum beatumque sit, id nec habere*  
*ipsum negotii quidquam, nec exhibere*  
*alteri: & Beatam vitam in animi securi-  
tate & in omnium vacacione munera-  
rum confidere: ut & apud Ciceronem*  
lib. 1. de nat. deorum. Quia in re qua  
potest esse levitas? *Gronovius.*

4. *Troia.*] Proprie regio, in qua  
Illiuri urbs, à Troë dicta. *Farnabius.*

5. *Superbi.*] Nobiles, potentes:  
quorum communè vitium est super-  
bia. *Idem.*

7. *Asie,*] Minoris, cui imperavit  
Priamus: & parti majoris, qua orbis  
pars tertia. *Idem.* *Cœlitum*] Infrā  
vers. 476. *Idem.* Extruxerat quidem  
Ilus; sed Neptunus & Apollo meni-  
bus cinxerunt Illum, testes Homerus,  
Eutipides, Ovidius, Statius, & reliqui  
unde Tryphiodorus vocat, *opus immor-  
talium, ἐργα θεων ταῦται;* & Simmias,  
in securi, de turribus ejus agens, *μορ-  
γως θεοὶ συκταῖ, τυτιον αἱ Διὶ adi-  
σπο-*

*catarum.* Notandum tamen non omni-  
ex parte illa membra à Diis extorta,  
nam cum fata statuerint (loquit ex  
mente ipsorum) Troiam dirū, &  
crederent inexpugnabilem futuram, si  
miros integros Dii adficiant; Eaco  
partem laboris demandarunt, Pindar-  
rus auctor Olymp. 8. *Deltrius.*

8. *Arma*] Auxiliaria namque.  
*Farnab.* *Quis frigidum*] Rhesus Thra-  
ciorum rex auxilio Troiæ venit. *Idem.*

9. *Septena.*] Ex persona mulieris  
imperitrix tribuitur Tanai, quod Istri  
est: ut per septem ora in mare laba-  
tur. *Idem.* Quod Istri est, mulier,  
cosmographi signo, Tanai tribuit:  
in quo præclare Seneca decorum ser-  
vavit. *Deltrius.* Immo suum ertavit  
errorem Seneca, qui similiter Iltum  
cum Tanai confundat lib. 6. nat. 4.  
cap. 7. *Danubius Sarmaticos impetus*  
*cobibens, & Europam Asiamque dister-  
minans.* *Gronovius.*

10. *Et qui renatum prorsus*] Placet  
hoc Deltio, & prorsus interpretatur  
confestim, ut apud Catonem: *cum*  
*Romam veniebant, prorsus deverteban-  
tur pro hospitibus ad amicos suis.* Sed  
*prorsus ibi est recta:* nec aliud vult illi  
innominatus ei & infandus ad Fethum.  
Excepta est cum plausu viti illustris  
conjectura, *pronus.* Sed verum est in  
Florentino & margine Vossiani: *re-  
natum primus excipiens diem.* Herodo-  
tus Thalia: *Τῶν γὰρ ἡμεῖς ιδίῳ,*  
*τὸν τοῦ διοίσει πλέοτει, προ-  
τοι τοῖς οἷς Εὐλύτιοι νοεῖσ-  
τον εἰρθεῖσιν τῶν εἰ τὴ Αἴγινη.*  
Oedipo:

Tepidum rubenti Tigrin immiscet freto;  
 Et quæ vagos vicina prospiciens Scytha  
 Ripam catervis Ponticam viduis ferit.  
 Excisa ferro est Pergamum. incubuit sibi. 15  
 En alta muri decora congesti jacent  
 Tectis adustis. regiam flammæ ambiunt;  
 Omnisque late fumat Assaraci domus.  
 Non prohibet avidas flamma victoris manus;  
 Diripitur ardens Troia. nec cœlum patet

## Undan-

Oedipo : Ausus Eois equitare campis,  
 Figere & mundo tua signa primo. Mela  
 lib. 1. cap. 2. In ea primos acceperimus  
 hominum ab Oriente Indos, Seres &  
 Scythas. Gronovius. Qui renatus ]  
 Memnon Tithoni & Aurora filius ex  
 Æthiopia, vel ut alii, Enos, Troiam  
 venit, dux Perseum, qui solem orientem  
 primi adorabant. Farnabius.

11. Tepidum ] in regione repente-  
 rubenti ] Aurora & seu Solis  
 orientis rubore perfuso, alias secundo  
 hallucinabitur femina. Tigris enim  
 in mare Perficum influit, non Ery-  
 thraeum. nisi ex persona decoro di-  
 cum malis, ut prius vers. 9. Idem.

12. Quæ ] Penthesilea Amazonum  
 regina, de quibus vide Hippol. v. 397.  
 Idem. Vagos ] Hercul. Fur. verl. 532.  
 Idem.

13. Viduū ] Hippol. v. 620. Idem.

14. Excisa ferro est. Pergamum ]  
 Merito rejecit Guterus Pergamos: sed  
 quod sensu jubente interpusuisse ait:  
 viduū ferit, Excisa ferro est. Perga-  
 mum: probare non possum. Nihil est  
 enim, quo in hac structura verborum  
 referatur rō Excisa. Finitur omnino  
 periodus & nova incipit post ferit.  
 Dein coherent: Excisa ferro est Per-  
 gamum. incubuit sibi. Hoc insolens vi-  
 sum est hominibus, quibus & illa Ovi-  
 dii lib. 14. postquam alia cremata est  
 ilion, & Danaas paverunt Pergama  
 flammæ. & lib. 1. de arte: Tunc cum  
 tristriuerat, defensa est Ilion armis. Ita-

que hic fecerunt Ilios, ut illic Pergamos  
 & Pergamum. Gronovius. Pergamum]  
 Ab altitudine dicta, clarissima Troadis  
 civitas, ipsum scilicet Ilium, de quo  
 Martianus lib. 6. ibi inter omnes Asia  
 civitates, Pergamum clariss. Alia Per-  
 gamus, Attalicis regibus nobilitata, &  
 inventione Pergameni, teste Plinio:  
 aliud etiam Pergamum Idæ promon-  
 torium, de quo Strabo: Servius etiam  
 auctor est ipsas arces Troiæ, atque adeo  
 altera loca omnia, Pergama olim voca-  
 ta, ad quod alludens noster, subdit:  
 En alta muri, &c. Delrius. Incubuit]  
 In se magna ruunt. vel in cinerem ver-  
 sum. Farnabius.

15. En alta muri decora ] Florent.  
 congesti jacent Tectis adusti. G. Fabri-  
 cio ordo est, muri congesti, alta decora,  
 ut Virgilio. Aurata trabes; decora alta  
 parentum. Immo alta decora muri con-  
 gesti jacent, accipio per hypallagen  
 & vestiæ jacent congesta. Ille excelsus  
 & pinna turribusque decorus & nim-  
 max murus jacet inconditus acervus,  
 ædificis in cinerem versis. Similiter si  
 quis Florentinum proberet: Illud altum  
 & pulcherrimum muri opus faceret ad-  
 ultum, ædificis in rudera & informem  
 acervum redactis. Gronovius. Alta ]  
 Πύρρι, ἐπειδὴς, tresses, pinnae.  
 Farnabius.

17. Assaraci ] Ilium, ubi regnavit  
 Assaracus Illy filius. Idem.

19. Diripitur ] Ex incendio, præ-  
 dam rapiunt. Idem.

20. Undan-

Undante fumo: nube ceu densa obsitus,  
Ater favillâ squallet Iliacâ dies.  
Stat avidus iræ victor, & lentum Ilium  
Metitur oculis, ac decem tandem ferus  
Ignoscit annis. horret afflictam quoque;  
Victamque quamvis videat, haud credit sibi  
Potuisse vincî. spolia populator rapit  
Dardania. prædam mille non capiunt rates.  
Testor deorum numen adversum mihi;  
Patriæque cineres; teque rectorem Phrygum,  
Quem Troia toto conditum regno tegit,  
Tuosque manes, quo stetit stante Ilion;  
Et vos meorum liberum magni greges,  
Umbræ minores, quidquid adversi accidit,  
Quæcumque Phœbas ore lymphato furens,

Credi

20. *Vndante*] Vndacim ascendente. *Farnabius.*

22. *Stat avidus iræ victor*,] Flor. ire, ut voluit & Daniel Heinlius. Oe-  
dipo: *Avidusque populi pessus Ogygi-  
malum.* Valerius Flaccus lib. 4. *avi-  
dusque viri*, &c. *Irruit*. Paullo aliter  
tamen *avidus ira* dicitur pro immo-  
derate avideque ira usq;. *Gronovius.*  
*Lentum*] Ilium decennali bello tan-  
dem debellatum lustrans non indigne-  
fere, si decem annos in civitate tam  
nobili & muniba expugnanda absum-  
pserit. *Farnabius.*

27. *Mille*] Qui numerus classis qua  
Troianum advenit. Agamenn. v. 169.  
*Idem.*

29. *Patriæque*] More veterum jurat  
Heccuba per quæ sibi gratissima. *Idem.*  
*Teque*] Priamum, in cuius ruina &  
regnum Troianum interit. *Idem.*

31. *Tuosque*] O Hētōr. *Idem.*  
*Quodque stetit ante Ilion;*] Hic tamen  
ex amici sui libro Lipsienè exemplar,  
quod alioqui fecutum se profiteatur,  
correxit Delius: & Gruterus bellam  
quoque vocat & dignam luce emenda-  
tionem è Lipsii M. quo stetit stante

*Ilion*: et si non addicerent auctorita-  
brium suorum antiquorum. Sed eis  
οἰωνὸς ἀριστὸς Etruscus, qui totidem  
literis. *Gronovius.* *Quo stetit*] Vide  
infra vers. 126. *Farnabius.*

32. *Liberum magni greges*,] Qui-  
busdam L. aliis XVII. aliis XXI. *Idem.*  
*περβολικός*, duntaxat enim vel se-  
ptendecim, ut tradit Cicero r. Tusc.  
vel quatuordecim, ut Apollodorus  
lib. 3; vel viginti, ut Theocrit. Idill. 15.  
vel, teste Homero, viginti duos, He-  
cuba ex Priamo peperit: ceteri huic  
ex concubinis nat, simil omnes quin-  
quaginta secundum Homerum, Vir-  
gilium, Distyn, & Euripidem, aut  
quinquaginta quatuor, juxta Apollod.  
lib. 3; & Hesychium in Fabulis cap. 90.  
ubi nomina recentent. *Delius.*

33. *Umbræ minores*,] Gloria in pi-  
mis & dignitatibus, quamvis & ærate.  
Video enim non satis explicare inter-  
pretem. *Gronovius.*

34. *Phabis*] Casandra filia Pri-  
ami, cui Phœbus amans vaticinandi  
peritiam dedit polliciter concubinum:  
promis tamen non stanti donum au-  
ferre Deus cum non posset, fidem ade-  
mit,

Credi Deo vetante, prædixit mala, 35  
 Prior Hecuba vidi gravida, nec tacui metus,  
 Et vana vates ante Cassandram fui.  
 Non cautus ignes Ithacus, aut Ithaci comes  
 Nocturnus in vos sparsit, aut fallax Sinon.  
 Meus ignis iste est, facibus ardetis meis. 40  
 Sed quid ruinas urbis eversæ gemis  
 Vivax sene<sup>c</sup>tus? respice infelix ad hos  
 Luctus recentes. Troia jam vetus est malum.  
 Vidi exsecrandum regia cædis nefas,  
 Ipsaque ad aras majus adminissum scelus. 45  
 Ajacis armis: cum ferox sœvæ manu  
 Coma reflectens regium torta caput,  
 Alto nefandum vulneri ferrum abdidit;  
 Quod penitus actum cum receperislet libens,

## Ensis

mit, ut vaticinis suis nemo crederet.  
*Farnabius.* Cassandra vaticinia habes  
 apud Lycophronem, nonnulla etiam  
 apud Ciceronem libro 1. de divinis.  
*Deltrius.*

36. *Prior.* Cum Paridem iterò geraret, somnivavit Hecuba se faciem ardentem parituran. *Farnabius.*

37. *Vana.* Inutilis & irrita, æque ac Cassandra non credidit. *Idem.*

38. *Ithacus.* Vlysses Ithaca dux. *Idem.* *Ithaci comes.* Diomedes, cui Vlysses in castrotno Thracum exploitationes comes nocturnus. *Idem.*

39. *Fallax.* Cuius doloso ministerio receperis equus, laxatusque. *Idem.*

40. *Mens.* Sonnio de Paride predictus modo vers. 36. *Idem.*

41. *Sed quid?* Sed quid ego anus misere longeva vetus malum gemo?  
*Idem.*

44. *Vidi exsecrandum.* Hoc concinit Euripidis versibus, quorum initium est, οὐ τὸν φύλαξσεν Πείραμον, &c. *Deltrius.* *Regiacadu.* Priami à Pyrrho ad aras casti. *Farnabius.*

45. *Aras.* Iovis Hercii, quod interaulam & paritetem in donus pene-

trali coleretur, ab ερν. vel quod mala areat. *Idem.*

46. *Ajacis armis.* Scaligeri conjectura hic placuit, cum legeretur: *Ajacis armis;* quod versus respuit, ut euam admonuit Gruterus. Florent. *Ajacis armi.* Scribendum: *Ajacis armis.* Cassandram in fano Minervæ stupravit Ajax. Vnde illud Virgilii: *Pallassine exure vere classem Argivum atque ipsos potuit demergere ponto Vnius obnoxiam & furias Ajacis Oilei.* Grande nefas: sed majus, quam ad Minervæ aram Ajax armatus edidit, ego meis oculis patratum vidi ad aram Iovis Hercii. Virgilius: *Primumque per aras sanguine fædantem, quos ipse sacraverat, ignes.* Scelus ad aras majus, Ajacis armis, id est, majus scelere, quod inter armis ad aras patravit Ajax. De hoc genere vide Observ. 4, 8. Gronov. *Cum ferox sœvam manu.* Sane Fl. scœva. Hippolyto: *En ippadicum crine contorto caput lava reflexi.* Et forte scripsit: *ferox lava manu.* Nam illud alterum toties inflicteret passim inculearunt male seduli, ut exempla illorum timeam. *Idem.*

Ensis senili siccus è jugulo rediit.

50

Placare quem non potuit à cæde effera

Mortalis ævi cardinem extremum premens?

Superique testes sceleris? & quondam sacrum

Regni jacentis? Ille tot regum parens

Caret sepulchro Priamus, & flamma indiget

55

Ardente Troia. non tamen superis sat est.

Domini

50. *Ensi senili tintitus*] Vedit Lipsius hæc verba esse vana, & mentem fuisse: Priamum, cum Pyrrhi gladium animose receperisset, tamen emisisse illum sanguine vix tintum: itaque conjectit, *intinctus*, vel *haud tintitus*. Ea aura proicitur & amicus ejus, castigans, *senili vix tintitus*: sed castigandus ipse ob metrum violatum. Mirum vero Scaligerum & Gruterum vulgatam contra Lipsium propugnare. Ille ait non hoc velle Senecam, parum aut multum sanguine maduisse Pyrrhi gladium, sed impressum jugulo & è jugulo eductum fuisse, Priamum jugulatum. Apage tam ineptam garrulitatem: ensis imprellus jugulo Priami est & è jugulo ejus eductus: id est, Priamus est jugulatus. Quis unquam fatus ita scriptus? Gruterus sensum Lipsii retinerit, sed capit vocem *tinctus*, quasi sic illud vix tintitus, vel tantum tintitus, quippe quod non sanguinea unda evomeretur, atque adeo ferum una expelleret. Sed si posset ita accipi, cur in Agamemnonie: *vidi*, *vidi sensi in jugulo Telum Pyrrhi vix exiguum Sanguine tingi*. Tolle *vix exiguum*: non remanebit idem sensus. Qui tamen omnino & hic necessarius. Ovidius lib. 7. *Emonio marcentia guttura cultro Fodit*, & *exiguum maculavit sanguine ferrum*. Lib. 13. *Exiguumque sensis Priami Iovis ara cruentum Combiberat*. Lucanus lib. 2. *parum sed fessa sensus Sanguinum effudit jugulo*. Apud Statuum in furore Lemniadum dicitur Altimede tulisse, *patria vultus & egenem sanguinisensem*. Itaque aut Lipio subscribendum aut legendum putabam: se-

*nili tintitus haud jugulo*. Sed omnium laborem levat Errucus, qui clare: *Ensi senili siccus è jugulo redit*. Vides hominem ignarum frequenter illius veterum sensus in senum cæde describenda subjecisse *tintitus*. Nam *siccus* incruentus, Statius 8. Thebaid. *Stat medius campi etiamnum cuspidè siccus Arni potens*. Claudian. lib. 2. de laud. Stilic. ut *ferrum Marte cruentum, Siecum pace premu*. Gronovius.

51. *Placare quem non*] Referunt ad Ensem aut ad Pyrrhum. Immo *Quem tandem omnium hominum?* nam animandum interrogatione: *Quem alium, ut à cæde temperaret, non repressisse & mitigasse ultima & jam per se dissolvens hominem senectus?* & praefentes dii? & generale regni, utcumque prostrati? *Idem. Quem?* Ensem, seu Pyrrhum. *Farnabius*.

52. *Mortalis*] In extremo jam senio. *Idem*.

53. *Superique*] Ad aras stantes, ubi caesus est Priamus. *Idem. Sacrum* Scarrarium, arca *q̄' es̄as*, vel *q̄' ep̄es* Διός, ad quam inauguruant reges auspiciabantur. Agamemn. v. 8. *Idem*.

54. *Regum*] Nobilium juvenum, supra verf. 52. *Idem*.

55. *Caret sepulchro*] Proprium sepulcrum Priamus non habuit, sed truncus ejus, cum aliquandiu in litore abjectus jacuisse, tandem Hætoris sepulcro illatus. *Delris. Flamma*] Non habet, qui ipsi rogum extruat. *Primumque in litore truncum*. Cui non Troia roget. *Farnabius*.

56. *Non tamen superis sat est.*] Sic quidem & Flor. *Quasi dicat, nondum exfa-*

Dominum, ecce, Priami nuribus & natis legens  
Sortitur urna. præda quem vilis sequar?  
Hic Hectoris conjugia despondet sibi;  
Hic optat Heleni conjugem; hic Antenoris; 60  
Nec deest tuos, Cassandra, qui thalamos petat.  
Mea sors timetur: sola sum Danaïs metus.  
Lamenta cœstant? turba, captivæ, mea,  
Ferite palmis pectora, & planctus date,  
Et justa Troiæ facite. jamdudum sonet 65  
Fatalis Ide judicis diri domus.

exstati sunt dii penes nostris: adhuc  
aliquid indignatis & calamitatis mi-  
nanunt. Neque ineptum tamen, quod  
vulgabatur olim, & in omnibus, quos  
vidit, inveniens testatur Fabricius: non  
tamen, superi, sat est. Sic & Heinßius,  
cui adscripta explicatio: b dñi. Et  
sic solent mirantes. Catullus: *Dii*  
*magni, horribilem & sacrum libellum.*  
Ovidius in epistola Leandri: *Oculæ,*  
*dii magni, trans mare digna peti.* Geo-  
niovius

57. *Dominum,*] Sed & fortibus in  
urnam missi dividimur, ego cum filia-  
bus & nuribus inter Græcos nobis fu-  
turos dominos. intrâ vers. 972. *Farn.*

58. *Sortitur urna,*] Sortes Græco-  
rum erant calculi, vel ex humo facti  
globuli, mitrenium nomina inscripti;  
qui in urnam mittebantur, & verca-  
bantur doli vitaendi gratia; ut, cuius  
primum fors exibat, commodi vel pe-

riculi primas ferrer, ut docuit Brodæus  
lib. 3. Miscelan. cap. 25. *Delt.* *Vilæ*  
Quia vetula. *Læta cum pubes edera vi-  
renti Gaudet nulla magis arque myrtæ.*  
Farnabius.

59. *Hic Hectoris,*] Aliquis, sc. Pyr-  
rhus sibi optat seu promittit Andro-  
machen. *Idem.*

60. *Conjugem;*] Priorem, nam Pyr-  
rho Andromache, Heleno cæso, nu-  
pfit. *Idem. Antenoris;*] Theano. *Id.*

65. *Ferite.*] Pro more lugentium.  
Vide Chorum seq. *Idem.*

66. *Fatalis,*] Paridis, qui in Idæ seu  
Antandro monte Idæ vicino Veneri  
tranquam pulchriori, aureum adjudicavit  
malum, cuius iudicij mercedem  
favente Venere Helenam rapuit, quam  
repetentes Graci Troiam vastarunt.  
*Idem. Diri,*] Proprie, quasi deorum  
ira ad seuentiam illam ferendam ele-  
cti. *Idem.*

### \* C H O R U S T R O A D U M . H E C U B A .

Chorus Iliadum cum Hecuba excidium patriæ, Hectoris & Priami mor-  
tem lugentium.

Chor. **N**on rude vulgus, lacrimisque novum  
Lugere jubes. hoc continuis  
Egimus annis, ex quo tetigit

Phry-

\* CHORUS MULIERUM. ] Florent. | 67. Non rude ] Non inexpertum lu-  
CHORVS TROADVM. Gronovius. | gendi. Mox vers. 81. Farnabius.

Phrygius Graias hospes Amyclas,

70

Secuitque fretum pinus matri

Sacra Cybellæ.

Decies nivibus canuit Ide,

Ide nostris nudata rogis;

Et Sigeis trepidus campis

75

Decumas secuit messor aristas;

Ut nulla dies mœrore caret,

Sed nova fletus causa ministrat.

Ito ad planctus,

Miseramque leva, regina, manum.

80

Vulgus dominam vile sequemur.

Non indociles lugere sumus.

Hec. Fidæ casus nostri comites,

Solvite crinem. per colla fluant

Mœsta capilli tepido Troiae

85

Pulvere turpes. paret exertos

### Turba

70. *Phrygius*] Talis ab armiferis  
Priameius hospes Amyclas, &c. Farnab.  
*Amyclæ*] Vrbem Laconiaæ *Graias*,  
ad distinctionem Amyclarum, quæ in  
Campania. *Idem*.

71. *Pinus*] Navis è pinu cæsa in  
Ida Cybelæ sacra. *Idem*.

73. *Decies*] Per decem hyemes.  
*Idem*.

74. *Nudata*] Spoliata arboribus ad  
comburenda interfectorum è nostris  
cadavera. *Idem*.

75. *Sigis*] Trojanis, à Sigeo Troiae  
promontorio. *Idem*. *Trepidus*] Ne  
dprehendenter à prædatore hoste.  
*Idem*.

76. *Decies secuit*] Flor. *Decumas*  
secuit. Sic Oedipo: *Sed tempus addet.*  
Loc. *Decima jam metitur seges*. Mox  
scribo, *Ito non Ite*. Geronius.

80. *Miseramque*] Tuque ô Regina  
præsto nobis, & more praefixa elevata  
mânu modum lucus, & planctus signo  
dato, nos lugendi dociles sequemur.  
*Farnabius*.

84. *Solvite*] Præscriptit Hecuba luteus  
formulam sumptani ex Euripidis  
Troade, nec dissimilium illius Lucani,  
lib. 2. *quarum una madentes Scissagenas*  
*planctu liventes atra lacratos*. Nunc  
ait, ô misera contundit pectora matris;  
Nunc laniate cornas, &c. Lugentes  
enim mulieres solutum nodo crinem  
adspargebant, vestimenta lacerabant,  
pectoræ & humeros nudatae ungibus,  
pugnis, palmis, in se levientes ejubabant:  
solo insuper affligebant pectora  
humum crinibus verrentes, raus  
regas ne gravis ipsa videret. *Idem*.

86. *Tepido Pulvere*] Cinere nondum  
frigescendo, ex recenti lili incen-  
dio. sic enim mox Chorus: *Spar-  
site que cinis servidus ora*. Mos vetulissi-  
mus in lucis & funeribus caput cinere  
conspergendi, ut pallium in factis literis:  
& apud Eurip. in Hecuba & Sup-  
plicib. Homerum Iliad. & Smyrnæum  
libro 7. Nonnum Dionys. libro 46.  
*Delrias*.

87. *Veste*

Turba lacertos. veste remisla  
 Substringe sinus, uteroque tenus  
 Pateant artus. cui conjugio  
 Pectora velas captive pudor? 90  
 Cingat tunicas palla solutas.  
 Vacet ad crebri verbera planctus  
 Furibunda manus. placet hic habitus,  
 Placet. agnosco Troada turbam.  
 Iterum luctus redeunt veteres. 95  
 Solitum flendi vincite morem.  
 Hectora sleimus.  
*Chor.* Solvimus omnes  
 Lacerum multo funere crinem.  
 Coma demisla est libera nodo; 100  
 Sparsitque cinis fervidus ora.  
*Hec.* Complete manus. hoc ex Troia  
 Sumpfisse licet. cadat ex humeris  
 Vestis apertis; imumque tegat  
 Suffulta latus. jam nuda vocant 105

Pecto-

87. *Veste*] Chorda seu fascia de-misla vestes sub utero necabant, ne deciderent. *Farnabius*.

89. *Cui conjugio*] *Procatalepsis*. ne que enim amplius conjugibus veludarum. cui autem domino servemus pudorem captivae? *Idem*.

100. *Coma demisla est libera nodo;*] Cornelius & Gruterus *dimissa*, Scaliger *demisla*. Recete hoc: aut certe *dimisso*. *Gronovius*.

101. *Fervidus*] Ex Troia ardente. *Farn.*  
 102. *Complete*] Cinere. *Idem*. *Hoc ex Troia*] Ex omni Troia opibusque quondam Troianis hoc sumpfisse licet. *quod dicens tollit cineris manipulum*. Id. Habitum illarum ergo hic fuit. primum crinem nodo solvebant, & cinere aspergebant: tum peccus nudabant & humeros: & vestem non manu, sed chorda vel fascia aliqua supra uterum necabant, ne decideret, ne patescerent

qua natura operuit: sic utero tenuis nudæ, ejulabant, & unguibus, palmis, pugnis, in se ipsas scabiebant. *Delrius*.

103. *Cadat ex humeris*] Liber optimus, *Cadit: &c*, imumque tegit. non utrumque tegat. Suspicio hac verba esse Chori, non Hecuba. Illa jam ante imperaverat, ut crinem solverent cineribusque aspergerent, ut veste pectora nudarent. Ad prius respondent Iliades vers. 98. *Solvimus crinem, &c.* ubi mentione cineris facta interloquitur Hecuba: *Complete manus. hoc ex Troia sumpfisse licet*. Pergunt Iliades exsequi imperata priora, & vestem dejeiciunt dicuntque simul: *Cadit ex humeris Vestis aperta, imumque tegit Suffulta latus*. Rursus Hecuba: *Iam nuda vocant, &c*. Nihil commodius. *Imum latus suffulta est utero tenuis substricta*. *Gronovius*.

105. *Suffulta*] Suffubulata. palla

Aa 3

seu

Pectora dextras, nunc nunc vires  
Exprome dolor tuas.

Rhœtea sonent littora planctu.

Habitansque cavis montibus Echo

Non, ut solita est, extrema brevis

Verba remittat: totos reddat

Troiae gemitus. audiat omnis

Pontus, & æther. sœvite manus,

Pulsu vasto tundite pectus.

Non sum solito contenta sono.

Hectora flemus.

*Chor.* Tibi nostra ferit dextra lacertos,

Humerosque ferit tibi sanguineos.

Tibi nostra caput dextera pulsat.

Tibi maternis ubera palmis

Laniata jacent. fluit, & multo

Sanguine manat, quamcumque tuo

Funere feci, rupta cicatrix,

Columen patriæ, mora fatorum.

Tu præsidium Phrygibus fessis,

Tu murus eras; humerisque tuis

Stetit illa decem fulta per annos:

110

115

120

125

Tecum

seu fascia substicta. *Farnabius.* *Vocant*] Ad planctus & verbera. *Idem.*

108. *Rhœtea*] Rhœteam promontorium est Troiae. *Idem.*

109. *Echo*] Π' οὐγῆς ἀρχή μόνον. soni per medium delati & in corpore obstant incidentis repercussi reflexio. *Idem.*

117. *Tibi*] O Hector. *Idem.*

118. *Sanguineos*.] Humano autem sanguine placati defunctorum animas credebant, atque hinc non præfica modo sed & postea gladiatores in funeribus conducti. *Idem.*

122. *Sanguine*] Novis plagiis erupta recrudescit. *Idem.*

124. *Columen*] Hector enim, ma-

nus, murus, turris, columna & propugnaculum Troiae poëtis decantatus, *Idem.*

124. *Mora*] *Decimum quædisitum*  
*Hector in annum*: namque ademptus *Hector Tradidit fessis leviora tolli*. *Pergama Graii*. *Idem.*

126. *Tu murus eras*; ] In uno eorum epigrammatum, qui Maronis operibus solent subjungi, legitur: *Defensor patriæ, juvenum fons fons Hector, Qui murus miseris crivibus alter erat, Occubuit telo violenti viscius Achillei; Occubuere simul spesque salusque Phrygium.* auctor est Higinus Achillem, cum Hectorem raptaret, exclamasse, Expugnavi Troiam. *Deltius.*

128. *Tecum*

Tecum cecidit. summusque dies

Hectoris idem patriæque fuit.

Hec. Vertite planctus. Priamo vestros

130

Fundite fletus. satis Hector habet.

Chor. Accipe rector Phrygiæ planctus:

Accipe fletus, bis capte senex.

Nil Troia semel te rege tulit.

Bis pulsata Dardana Graio

135

Mœnia ferro; bisque pharetras

Passa Herculeas. post elatos

Hecubæ partus, regumque gregem,

Postrema pater funera cludis;

Magnoque Jovi victima cæsus

140

Sigea premis littora truncus.

Hec. Alio lacrimas flectite vestras.

Non est Priami miseranda mei

Mors, Iliades. Felix Priamus

Dicite cunctæ. liber Manes

145

Vadit ad imos: nec feret unquam

### Victa

128. *Tecum*] Hectoris hic sumulus  
cum quo sua Troia sepulta est: Condu-

tum Astrov' ἔγειρ' τελέος αἰλῶν.

Philoteetes itaque solus Herculis sagit-

tis uti sciens ad secundum bellum

Trojanum datus est. *Idem*.

130. *Priamo*] Pius Podarces vo-  
cabantur, sed quia ab Hesione foro,  
dato Herculi, in lytrum, aureo flam-  
meo, redemptus, & in libertatem re-  
stitutus fuit, Priamus nominari cepit.  
Apoll. lib. 2. Bibl. Bis autem captus,  
semel ab Hercule, & iterum auspicias  
Atridatum. *Delicias*.

137. *Elatos*] Filios ad sepulturam

elatos.

138. *Regumque regos*, J Scribe cum  
Flor. *regumque gregem*. nemipe ex pro-  
ximo, elatum. Supra: *Et vos meorum*  
*liberum magni greges*. Infra: *Lassabar*  
*in tot oculis, & totum gregem Dividere*  
*matrem*. Gronovius. *Regumque*] Re-  
gis filiorum. *Farnabius*.

134. *Nil Troia*] Sed bis expugna-  
tate: prius regi filio, nunc rege. *Far-*

*nabius*.

140. *Bis pulsata*] Semel ab Hercu-  
le perfidiam Laomedontis ulto, cui  
promiserat rex jo. equos propter fer-  
vatam à marino monstro filiam He-  
sionem: denuo jam ab Atridis. *Idem*.

135. *Bisque*] Fatale enim erat  
Troiam non posse secundo cap*t* sine

Herculis sagittis. ipse Hercul. in So-  
phoc. Philoctete *το δε περιγραφης*

Vbi Virgil. non tam rei veritatem se-  
cucus est, cum Priamus tantum con-  
fossus fuerit, quam ad Pompeii casum  
allusit. *Idem*.

136. *Exclusus*] *Exclusus* Hec-  
toris non posse secundo cap*t* sine

144. *Felix*] *Pix nobis*. ille enim  
liber, nos cap*t*e. *Idem*.

Viæ Graium cervice jugum.

Non ille duos vidit Atridas,

Nec fallacem cernit Ulyssem.

Non Argolici præda triumphi

Subiecta feret colla trophyis.

Non affuetas ad sceptra manus

150

Post

148. Non ille duos vidit Atridas, ] Cicer lib. 3. de oratore: *I*t tamen reipublica casus consecuti sunt, ut mihi non erupta L. Crasso a diu immortalibus vita, sed donata mors esse videatur. Non vidit flagrantem bello Italiam, non ardentem inuidia senatum, non seculis nefarii principes civitatis reos, non luctum filie, non exsiliū generi, &c. Livius lib. 26. cruciatu contumeliasque, quas sperat hostis, effugere morte praterquam honesta, etiam leni posse. Non video Ap. Claudium & Q. Fulvium, victoria insolentis subnixos, neque vinculos per urbem Romanam triumphi spectaculum trahar, &c. nec dirui incondicere patrias video. Tacitus in

vita Agricolæ: *Poteſt videri etiam beatus, incolumi dignitate, florente fama, salvis affectibus & amicitiis futura effaſſe.* Non vidit Agricola obſeffam curiam, & clausum armis senatum, &c. Gronovius.

151. Subiecta feret colla trophyis.] Triumphis, interpretantur, quia trophya sunt proprie ſpolia eo in loco erecta, quo hostes terga verterint. Immovere & simpliciter trophyis: nempe illis, quæ in triumphis pompa ferebantur. Sed loquitur Seneca, quæ in persona vivorum, qui triumphabant, fieret, quod fiebat in illorum imaginibus trophyo fuppositis. Inſtat habes in nummis antiquis. Duos tantummodo aponam,



CAESAR



En ferentem colla subiecta trophyo: en post terga manus dantem. Alludit eodem Silius in triumpho Scipionis Africani: *Ante Syphax feretro residens capiva premebat Lumina & aurata ferabant colla catena.* Itaque intellige:

Non videbit statu de se trophyum; vel inter triumphi fercula se portari instat trophy cum sua imagine sedentis supplicis & nudi & alligati. Gronovius.

152. Non affuetas ] Non dabit post terga manus sceptro affuetas. Farnab.

153. Cur

- Post terga dabit; currusque sequens  
Agamemnonios, aurea dextrâ  
Vincula gestans; latus fiet 155  
Pompa Mycenis. *Chor. Felix Priamus*  
Dicimus omnes. secum excedens  
Sua regna tulit. nunc Elysi  
Nemoris tutis errat in umbris,  
Interque pias felix animas 160  
Hectora querit. *Felix Priamus!*  
Felix, quisquis bello moriens  
Omnia secum consumpta videt !

153. *Currusque*] Catenis vinceti du-  
cebantur in triumpho captivi post vel  
ante currum victoris: reges vinciti au-  
reis manicis. Namque pro conditione  
personarum injicere solebant catenas,  
ferteas, argenteas, aureas. aureis com-  
pedibus vincunt à suis Darium scribit  
Curtius. Idem de Cresio refert Aufo-  
nius. Et de Zenobia ab Aureliano ca-  
pta, Treb. Pollio. De Artuasde Arme-  
nia rege ab Antonio capto, Paternu-  
lus. Argenteis vincitum Arsacem à Sa-

pore captum tradit Am. Marcellinus.  
*Farnabius.*

156. *Mycenis.*] Vrbi Agamemo-  
nia. *Idem. Felix*] Qui à malis dif-  
cessit. *Idem.*

158. *Elysi*] Troad. versu 942.  
*Idem.*

163. *Omnia secum consumpta videt!*] Facile credo gregales codices hoc te-  
nere. At optimus habet Lipsianum:  
*consumpta tulit.* Ut paulo ante: *secum*  
*excedens sua regnatulit.* Gronovius.

## ACTUS SECUNDUS.

## TALTHYBIUS. CHORUS TROADEM.

Narrat Talthybius apparuisse Achillis umbram, exprobataque Græ-  
cis ingratitudine, posulasse, ut Polyxena, cuius nuptiarum præ-  
textu ipse interfectus est, ad tumulum suum pro inferis maestaretur,  
alias Græcos non habituros ventum ad redditum.

Talh. Quam longa Danais semper in portu mora,  
Seu petere bellum, petere seu patriam vo-  
lunt. 165

Chor. Quæ causa ratibus faciat & Danais moram,  
Effare;

164. *Quam longa Danais*] Flor.  
*O longa.* Gronovius.

165. Seu] Græcorum classi ex Au-  
lide portu Beotia soluturæ Diana ob-  
servavit suam ab Agamemnone cæsam

irata negavit ventum, quem oraculi  
monitu Agamemnon filia sua Iphige-  
nia redemit. *Sanguine placatis ventos*  
& *virgine cesa.* Farnabius. *Petere*]  
Ut nunc. *Idem.*

A a 5 169. *Sum-*